Rosselet:

819.309
Ros

De Snorrone Sturlaeo.

DE

SNORRONE STURLAEO.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITERARUM UNIVERSITATE

FRIDERICA GUILELMA

PRO

SUMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBUS

RITE CAPESSENDIS

DIE XXIII. M. FEBRUARII A. MDCCCLIII.

H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

AEMILIUS ROSSELET

BEROLINENSIS.

ADVERSARII ERUNT:

FR. PFEIFFER, PHIL. DR.
C. FRENZEL, PHIL. DR.
L. STRUVE, PHIL. CAND.



BEROLINI

TYPIS GUSTAVI SCHADE.

PRAECEPTORI

PRAESTANTISSIMO DILECTISSIMO

VON DER HAGEN

PIO GRATOQUE ANIMO

HASCE

STUDIORUM PRIMITIAS

SACRAS ESSE

VOLUIT

AUCTOR.

Impensarum magnitudine cogente partem tantum dissertationis meae excudi facio, sed eam quae praecipua mihi videtur. Huic parti praecesserunt: »Rerum septemtrionalium et literarum in Islandia ante Snorronem studii adumbratio« et »De Snorronis vita et scriptis,« quae scripta tam accurate collecta invenies in »Mohnicke, Heimskringla. Sagen der könige Norwegens von Snorre Sturlason. Stralsund 1837« ut pauca tantum addenda mihi fuerunt. Secutae autem sunt hanc partem commentationes de Inglingasaga, prima Heimskringlae parte. —

De Heimskringlae auctoritate et fontibus.

Omnes, qui literis Islandicis operam dederunt, exceptis paucis supra nominatis Adelungio, Delio, aliis, aliqua ex parte etiam Dahlmanno, huc convenerunt, omnibus aliis historicis scriptis longe praestare Snorronis opus, cum orationis simplici nativitate et vivacitate, tum judicii historici subtilitate; illam autem orationis simplicitatem vividis imo poeticis coloribus ornatam signum esse e traditione haustarum narrationum itidem consentiunt. Maxima autem fuit controversia, utrum Snorro totam historiam e narrationibus fando acceptis, an e scriptis jam monumentis hauserit. P. E. Müller in diversis scriptis perlucide pro-

bavit, quod jam supra ostendere conatus sum, multas jam Snorronis temporibus narrationes literis fuisse mandatas, quibus Snorro optime notis in elaboranda historia usus sit, qua de re nostris quidem temporibus neminem dubitare puto. De modo autem ac ratione, qua usus sit illis scriptis monumentis, quae in omnibus scriptis, praecipue in majori illa disquisitione (om trovaerdighet af Snorres kilder) demonstrare conatur Müller, his ipsius verbis clarissime perspiciuntur et in nuce quasi continentur: »Snorres fortieneste af den norske historie kan ikke bestaae i at hån möisommeligen samlade materialerne; dettė var allerede sket för hans tid; heller ikke i, at han chronologisk ordnede begivenhederne; dette havde Are Frode giort, paa his tidsbestemmelser Snorre beraabte sig; heller ikke i, at han pragmatisk havde forbundet det historiske stof eller deraf givet nye anskuelser, eller fortalt det i et skjönt foredrag. Han fortaeller jo begivenhederne i det hele, som de för hans tid bleve fortalte, uden at indblande egne betragtninger, hans stiil er ikke forskiellig fra hans samtidiges og han tager ligesaalidt som de i betaenkning ordret ad udskrive andre. Ikke desto mindre ere Snorres fortienester saare store. Sammenligningen mellem hans vaerk og dets kilder laerer os, hvorledes han med kritik, smag og fordomsfrihed har öst af disse. Han anförer intet, uden det, hvorfor han har antagelig hiemmel; han forkaster, hvad der ikke passede med historiens vaerdighed, hvad der var alltfor smaaligt, tilligemed de allerfleste legender, hvoraf adskillige af afskriverne ere siden blevne indskutte i hans vaerk. Derimod forbigaaer han ei de karakteriskiske traek og har troligen bevaret den gamle sagas livlige fremstilling.

Uden tvivl har Snorres maade at behandle historier paa vaeret denne. Han tog de allerede skrevne sagaer for sig, udströg hvad der mishagede, giorde udtog af hvad der var for vidtlöftigt, tilföiede en enkelt berigtigelse, og hist og her nogle flere stopher af de gamle skialde. Det saaledes giennemgaaede haandskrift overgav han til sine afskrivere. Har han da end ikke derved synderligen forögen det historiske stoff, har han dog paatryckt det forhaanden vaerende smagens og kritikens praeg, og derved overandvortet det til efter-kommerne som en uvorgaengelig skat« (cf. isl. historiesk. p. 46).

Contra hanc Muelleri opinionem repugnaverunt Geijer (Schwedens urgesch. p. 317—324), Wachter (Uebers. der Heimskringla), Mohnicke (l. l. p. 341 — 355) et Koeppen (Liter. einleit. i. d. nord. mythol. p. 131—134). — Wachter praecipue ad illam fere Snorronis reverentiam revertitur, quam in Torfaei, Schoeningii aliorumque scriptis invenimus, et quanquam multa haud inepta affert, tamen non rationibus comprobavit sententias suas illis Muelleri transverse oppositas; quam ob rem rectissime dicit Koeppen (l. l. p. 131 not. 1): »Dafs Müller zu weit geht, ist klar. Die warheit ligt auch hier in der mitte.« — Hanc mediam viam intrare tantum coepit Geijer, quippe qui maximam partem cum Muellero consentiat, et Snorronem in elaborando opere suo non multo plus proprii ingenii adhibuisse statuat, quam Mueller in verbis supra allatis eum voluit. — In praefationibus, tam islandico quam latino sermone conscriptis, ad collectionem scriptorum historicorum Islandorum Muelleri disquisitiones longius prosecutae sunt, multa nova allata, sed hic illic de Snorronis scribendi ratione opinionem mutarunt auctores. — Omnia illa diligentissime

perscrutata et Snorronis, quam in elaboranda historia secutus est, rationem nova, ex illis fontibus et ex ipsa re hausta, illam a cel. Koeppen laudatam mediam viam tenente opinione illustratam invenio apud Mohnike, cujus quidem sententiae cum illis rebus, quae a Muellero certissimis documentis sunt probatae, bene consentientes, et tamen Snorronis in elaborando historico opere servantes honorem, maximam partem mihi comprobandae sunt. Quomodo enim noster Snorro tantam historici scriptoris gloriam adipisci potuisset, si nihil fecisset nisi collectionem, critico quodam judicio examinatam, jam antea literis mandatarum narrationum? — Quae mihi sententia perversa videtur, neque ex allatis argumentis necessarie sequi.

Nam cum Mueller dicit: »Snorres fortieneste kan ikke bestaae i at han möisommeligen samlade materialerne; det var allerede skeet för hans tid,« haec quidem vera esse assentior, cum pergit: »heller ikke i, at han chronologisk ordnede begivenhederne; dette havde Are Frode giort« haec quoque vera sunt, sed monendum est, Arii scripta parvula fuisse, atque elementa tantum praebuisse chronologicae disquisitionis, quae multo longius prosequi opus fuit Snorroni, cujus multo plura historica facta continuit opus; cum postea contendit: »heller ikke i, at han pragmatisk havde forbundet det historiske stof, eller givet deraf nye anskuelser, eller fortalt det i et skjönt foredrag,« falsa haec esse me demonstraturum spero [1]); quod autem attinet ad orationem ejus, praestantissimam illam esse jam

[1]) Transverse opposita dicit, qui Mohnikii semper secutus est sententias, Grässe, Lehrbuch einer allgemeinen literärgeschichte aller bekannten völker der welt von der ältesten bis auf die neuste zeit 2. bd. 2. abth. 2. hälfte p. 933: »Denn wer könnte wol, wenn

supra diximus. Vera quidem sunt, quae Mueller dicit: »hans stiil er ikke forskjellig fra hans samtidiges« sed illud non est Snorronis vitium, imo ejus temporisque virtus. — Non, ut apud nos omnesque recentiores populos, singulorum hominum ingenium admodum in orationis forma apparuit, nondum ratio, qua historiae referebantur, — sit venia his e philosophia nostra depromptis locutionibus — subjectiva fuit, sed omnino objectiva vigebat relatio, formaque narrationis in hac insula, ubi tanto studio tantoque amore in narrationibus operam collocarunt homines, firmissima quaedam quasi constituta exstitit. Ex ipsa re orta haec forma ob eandem causam praestantissima fuit, et tam simplicitate quam vivacitate excellens, ut majus ingenii signum sit, eam servare, quam alia oratione uti in historicis scriptis. Tandem autem cel. Mueller effatus est: »Sammenligningen mellem hans vaerk og dets kilder laerer os, hvorledes han med kritik, smag og fordomsfrihed har öst af disse. Han anförer intet uden det, hvorfor han har antagelig hjemmel; han forkaster, hvad der ikke passede med historiens vaerdighed.« — Haec ipsa quae Muellerus affert, praestantis historici esse signa omnes mecum consentire puto. — Equidem in nostrorum temporum historico nihil aliud requiro, quam judicii subtilitatem aliaque, quae in allatis verbis Snorroni tribuuntur. Contradictionem quoque in Muelleri sententiis esse opinor, cum hic dicit: »hvorledes han har öst af kilderne« (i. e. qua ratione hauserit e fontibus) cum opinio ejus sit, Snorronem monumenta jam antea scripta perlegisse, emendasse

---

er das werk näher angesehen hat, verkennen, wie Snorre bei einer edlen kräftigen diction, wol durchgefürten anordnung und pragmatischer behandlung des stoffes etc.«

excerpsisse, omisisse quaedam, quaedam addidisse; hoc enim non est: critico judicio haurire e fontibus. — Si autem nobis probatum est, Snorronem eodem modo, quo nostrorum temporum historici, conscripsisse opus suum, illud tantum monendum est, illis temporibus non tot fontes adfuisse auctori, quot nostris, et Snorronem saepissime ex uno tantum fonte hausisse, quare non mirum est, cum aliis ejusdem argumenti historiis ad verbum fere concinna esse ejus dicta, praecipue cum narrationis usitata forma, ut jam supra dixi, non multas passa sit mutationes.

Sed unum praetermisi argumentum, quod ad Muelleri tam refutatam mihi opinionem corroborandam valet, eamque sine dubio excitavit ante omnia, argumentum gravissimum, scilicet ipsius Snorronis testimonium. Ipse enim praefationem ad opus suum [1]) his incipit verbis: »A bók þessi

[1]) Hanc praefationem a Snorrone ipso esse confectam omnes viri docti, Mueller, Geijer aliique, quos nuper laudavi, contenderunt, illi ipsi, qui ne Inglingasagae quidem illum esse primum auctorem statuunt. Nuper autem aliam attulit opinionem Sveinbiörnus Egilssonius (Script. hist. Isl. IV, p. VII): »Quaeri potest, an haec prior pars a Snorrio sit profecta. Sane non ejus esse videtur, qui saeculo decimo tertio vixit, quo tempore longe maxima pars historiarum regum Norvegicorum haud dubie jam erat literis consignata. Potius crediderim esse antiquissimi alicujus historici, qui rerum cognitionem tantum ex carminibus historicis et genealogicis, et traditione hausit, forte ejus, qui primus historiam Inglingorum (Ingviae gentis) ad ductum carminis Thjodolviani literis mandavit. Hic quominus Arius fuerit non ea obstant, ...« — Cur non a Snorrone profecta sit haec praefationis pars? cur non ejus esse videtur, qui saec. 13. vixit? Nusquam enim in praefatione illa literis consignatae historiae exstitisse negantur; nusquam vero in antiquiore codice hanc praefationem invenimus, (de prologo historiae Olafi Sancti infra dicemus); Arii deperditum opus illi ejus superstiti,

lét ek rita fornar frásagnir« (i. e. in libro hocce scribi ego curavi antiquas narrationes). An re vera haec illas supra allatas sententias comprobant? Illaene necessario ex his verbis sequuntur? Minime mea opinione. Snorronem, nobilissimum ditissimumque temporis sui virum, scribas suos habuisse ex antiquis documentis certissime scimus; illis omnia propria manu exarata scripta tradidit, quae elegantius ab ipsis transscribantur, itaque perbene in praefatione, quae semper operi confecto addi solet, dicere ei licuit: »In hoc libro conscribi feci antiquas narrationes«; nec ex his verbis sequitur, scripta jam monumenta eum emendata eodem modo, quo praeceptor solet discipulorum exercitia, scribis suis tradidisse [1]). Quae verba illa nuper allata sequuntur: »svá sem ek hefir heyrt fróða

---

quod »Schedas« nominamus persimile fuisse constat, ut talis praefatio ad illud pertinere non possit; si Ario ex illa praefatione partem quandam adscribere volumus, illa de variis aetatibus sepulturae modo differentibus erunt, sed haudquaquam totam primam partem. (cf. Riimkrönike Olafs hins helga. — Nordisk tidskrift for oldkyndighet I, p. 349 sqq.) Nullam igitur causam video, cur Snorronis esse illam negemus; summopere eam aptam et concinnam esse illius operi statim ostendam.

[1]) cf. Mohnike l. l. p. 352: »Was endlich den ausdruck betrifft, dafs Snorre sagt, er habe sein buch schreiben lassen, so macht dieser ausdruck ihn keineswegs zu einem compilator, der in den ihm vorliegenden werken stellen angestrichen habe, die von den abschreibern ausgelassen, und andere hinzugefügt, die mit abgeschrieben werden sollten. Es hindert nichts, diesen ausdruck so zu deuten, dafs, wie einst Caesar seine commentarien, und Cicero viele seiner briefe, so Snorre seine Heimskringla einem andern in die feder dictirt habe.« — Eandem sequitur sententiam, ut semper fere in Mohnikii verba jurat, Grässe l. l. p. 932. — Non plane eadem est haec opinio ac mea, sed idem ex utraque sequitur.

menn segja,« (i. e. prout narrantes audivi doctos viros) refellunt fere opinionem, ex scriptis monumentis maximam partem hausisse nostrum. Ast illud »segia« non tantopere urgendum est, cum idem significet narrationem et vivo sermone traditam et etiam stilo exaratam, majore fere significationis ambitu, quam germanici medii aevi sermonis »sagen« quod »dicere« tum autem »recitare poëma« tandem »elaborare carmen epicum« significat, dum contra »singen« de lyrico poëmate dictum sit; substantivo quoque »sage« eadem ratione utuntur Germani medii aevi (cf. Parzival 816. 7. dâ von wurde ein langiu sage). — Respiciendum quoque est, quod Snorro dixit »fornar frasagnir,« etenim verbo »sögn« semper de scripta historia aut de poëmate, »saga« autem de narratione viva utitur.

Fontes praeter illas sapientium virorum narrationes duos profert Snorro: »sumt þat er finnst í Langfedgatali því, er konungar hafa rakit kyn sitt eđr ađrir stóraettađir menn: en sumt er ritat eptir fornum qvaeđum eđr sögulióđum, er menn hafa haft til skemtanar sér« (i. e. partim prout inveniuntur in serie genealogica ubi genus suum recensuerunt reges, aut alii summo loco nati principes viri; partim vero sunt scriptae in vetustis carminibus, sive historicis cantilenis, quos ad oblectandos animos cecinere majores). Haec sunt, quae Dahlmannum moverunt, ut non satis auctoritatis Heimskringlae tribuerit. — Primum omnis auctoritatis veritatisque expertes esse genealogias contendit; quod vero concedere non possum. Notissima est septemtrionalium populorum studium originem ex antiquissimis temporibus deducendi, atque hac re stirpis gloriam illustrandi. Quare factum est ut a patre filio traditum sit majorum series, quorum memoria superfuit et

memoria apud illas gentes literarum artem ignorantes, ut supra jam monui, validissima ipsa hac re facultatem accepit in antiquiora tempora recedendi. Haudquaquam opinio mea est, genealogias, quas reliquas habemus ad ultimum usque fide dignas esse; libenter concedo illas, quo longius in tempora recedant, eo incertiores imo fabulosas fieri, at in duo aut tria saecula retro a tempore primi scriptoris islandici historicam fidem iis attribuere possumus mea opinione et, si cum genealogiis conjunctae sunt relationes historicam speciem praebentes, quin altius recedere possimus, non dubito. Quae verba Theodericus monachus in prologo dicit: (Langebek script. rer. dan. V. 312.) »Sed quia constat, nullam ratam regalis stemmatis successionem in hac terra exstitisse ante Haraldi pulchrecomati tempora ab ipso exordium fecimus,« non ad refellendam opinionem meam apta sunt, cum Haraldus ille primus fuerit Norvegiae monarcha, et ante eum igitur re vera nullum illorum regum stemma exsistere potuerit, omni autem historica memoria carere tempora ante illum regem, ne Theodericus quidem contendit, qui e contrario allatis Hugonis de S. Victore et Sigeberti Gemblacensis verbis evincere conatur, »etiam ante tempora Haraldi in hac terra fuisse in bellicis rebus potentes viros« quorum »memoriam scriptorum inopia delevit.« Theodericum autem multis nobis superstitibus monumentis egisse, et ex narratione potissimum Islandorum in Norvegia degentium hausisse constat, quorum memoria historica vulgo ab Haraldi temporibus, ut quibus Islandia incoleretur, incipiebat. — Quae autem remanet genealogiarum pars, licet fabulosam aut potius mythicam eam esse contendam, tamen non omni auctoritate privata est, in omnibus enim

mythis historicum reconditum est factum, utque in mythica narratione obscuratam historiam requirimus, ita in genealogiis quoque aliquid historici argumenti superesse suspicemur; quam ob rem non singulis nominibus fidem tribuamus sed ipsi rei, quae fundamentum sit fabularum. Non obliviscendum tamen est, temporum lapsu, memoria deficiente, praecipue cum literarum notitia pervulgata sit, sive fortuito sive consulto vitiatas esse has genealogias, quare antiquissimis, i. e. Arii, Snorronis, aliis, major fides habenda est quam recentioribus.

Alterum ut adeamus Snorronis fontem, antiqua carmina, haec quoque multis, praecipue Dahlmanno, spernenda visa sunt, atque hoc judicium eo justius videtur, cum ipse Snorro, quasi anxietate quadam commotus, nonnulla verba excusationis speciem praebentes addiderit. Haec sunt: »Nú þóat ver vitum ei sannindi á því, þá vitum ver doemi til þess, at gamlir fraeđimenn hafa slikt fyrir satt haft« (i. e. etsi harum rerum nobis non constat veritas exempla tamen scimus, unde constat, doctissimos prisci aevi viros eas pro veris habuisse). Ille ipse, qui nostris temporibus summam Snorronis reverentiam manifestavit, Wachterus, his verbis non leviter commotus est, ut, laudata critici judicii Snorronis in eligendis elaborandisque historiis subtilitate, non possit quin exclamet (l. l. p. CXL.): »So sucht Snorri sein kritisches wissen zu beschwichtigen, und sich mit dem leser abzufinden.« — Quae autem sententiae evenisse mihi videntur ex opinione, haec antiqua carmina »forn kvaeđi ok sögulióđir« eadem esse, quae in historiis ejus ad amplificandam narrationis auctoritatem e carminibus historicis poetarum, rebus gestis, quas cecinerunt, aequalium, repetita invenimus. Illud autem

non ita se habere censeo; animadvertendum enim est, Snorronem hic dicere: »eptir fornum kvaeđum ok sögulióđum, er menn hafa haft til skemtanar sér etc.« atque postea: »Međ Haraldi váru skáld, ok kunna menn en kvaeđi þeirra, ok allra konunga kvaeđi þeirra, er síđan hafva verit at Noregi, ok tökum ver mest doemi af því er sagt er í þeim kvaeđum, er kveđin váru fyrir sjálfum höfdingjunum, eđa sonu þeirra: tökum ver þat allt fyrir satt, er í þeim kvaeđum finnst um ferđir þeirra eđa orrustur. En þat er háttr skálda at lófa þann mest, er þá eru þeir fyrir, en engi mundi þat þóra, at segja sjálfum hönum þau vaerk hans, er allir þeir er heyrđi, vissi at hegómi vaeri ok skrök, ok svá sjálfr hann; þat vaeri þá háđ en eigi lof« (i. e. in Haraldi comitatu fuerunt poetae, quorum carmina etiamnum sciunt homines, nec non regum omnium carmina, qui post eum fuere in Norvegia. Nos vero id potissimum sumsimus nostrae narrationis exemplar, quod in iis dictum est carminibus, quae coram ipsis principibus, aut eorum filiis cecinere poëtae: omne (enim) id verum ducimus, quod in istis reperitur carminibus de expeditionibus eorum rebusque in bello gestis. Est quidem mos poetis, ejus praecipue decantare laudes, quem ut praesentem venerantur, aut sibi sumsere celebrandum: nemo autem eo procederet audaciae, ut ipsi narraret res ab eo gestas, quas falsas ac fictas vanaque esse mendacia, tam omnibus aliis auscultantibus, quam ipsimet constaret: id quod dedecori esset et contumeliae, non laudi). — Haec alia esse carmina, quam priora illa »antiqua« perspicuum est. — Hoc enim loco auctoritatem poëtarum regibus, quos laudaverunt, aequalium probare studet, seque omnia ab illis prolata pro veris habere

profitetur, cum omnino aliter de antiquis illis carminibus dejudicet. — Haec historica autem carmina auctoritatem habere, nemo negare potest, praecipue si ea ratione iis usus est scriptor, qua noster Snorro, qui ea historiis prosa oratione narratis atque alia ex fonte haustis tamquam documenta addat, quippe quae ipsa natura vera relata firmius servaverint. Iterum Snorro in fine praefationis, laudato Ario sacerdote alio ejus auctore, haec dicit: »En kvaeđin þykia mér síđst ur stađ faerđ, ef þau eru rétt kveđin ok skynsamliga uptekin« (i. e. caeterum carmina, modo fuerint rite decantata scienterque percepta minime omnium ▪ vero trahi sensu atque depravari posse mihi videntur). Eodem modo Theodericus monachus carminibus historicis Islandorum usus est in elaboranda historia, summamque illis auctoritatem tribuit in prologo dicens: ».... prout sagaciter perquirere potuimus ab iis, penes quos horum memoria praecipue vigere creditur, quos nos Islendingos vocamus, qui haec in suis antiquis carminibus percelebrata recolunt.«

Sed de his satis; revertamur ad »antiqua« carmina, quae ab his novissime tractatis diversa esse ipsis Snorronis allatis dictis probasse mihi videor. Ademptis autem historicis carminibus, nihil restat nisi mythica, atque haec igitur illis Snorronis »fornum kvaeđum ok sögulióđum« significari necesse est. Inter mythica haec carmina auctor noster illa quoque numerat, quibus poeta res ante ejus tempora gestas decantat, quae igitur historicae aetati jam appropinquant; talia sunt Thiodolfi Hvinensis »Inglingatal« et Eyvindi Skaldaspilleri »Halcygjatal« quibus praecipue usum se professus est. — Etenim priora illa de antiquis carminibus a me allata verba excipiunt relata de illis duobus

poetis, aliaque, quae ad illorum poemata spectant, atque haec relata alter ille de historicis poematibus sequitur locus, ut ad prius carminum genus »foru kvaeđi ok söguliódir« i. e. mythica carmina haec Thiodolfi et Eyvindi pertinere perspicuum sit. At si nobis persuasum est, illis poematibus significari mythica carmina, quidnam sibi volunt illa verba: »Nu þóat vér vitum ei sannindi á því, þá vitum vér doemi til þess at gamlir fraeđimenn hafa slíkt fyrir satt haft« (i. e. etsi harum rerum nobis non constat veritas, exempla tamen scimus, unde constat, doctissimos prisci aevi viros eas pro veris habuisse). An re vera illa excusationem quandam et criticum dubium involvunt? Minime puto! Snorro his ipsis verbis de auctoritate mythicorum carminum dijudicat. Ipsi, historiam a primordiis incepturo, nihil reliquum fuit, nisi ut a mythicis temporibus incipiat; optime cognovit non historica veritate indutas esse illas antiquissimas narrationes, sed omnium populorum historiam mythico quodam tempore incipere, hosque mythos eodem jure, quam omnia alia, populi historiae adnumerari, sine ulla dubitatione igitur auctoribus carminibus antiquis mythicas narrationes refert omnino ut in popularium opinionibus illas invenit, nullis additis propriis cogitationibus, nullis rebus omissis aut mutatis propriaeque sententiae accommodatis, atque in praefatione, ubi fontes suos enumerat, de illis carminibus dicit: etsi non vera illa esse contendere possumus, tamen illud scimus, antiquos sapientes viros ea pro ratis habuisse; quibus nihil aliud dicit verbis, quam: »haec carmina mythica sunt, nostro quidem historico jam studio dedito saeculo auctoritate egentia, sed sola in antiquis temporibus historiam recondentia monumenta.«

Quibus autem hac in re nimiam critici judicii subtilitatem Snorroni tribuere videor, cum nostro tantum saeculo mythi populorum, diu de hac re in errore maximo versantibus doctis viris, in illam iis debitam conditionem restituti sint, eos moneo, Snorronem in civitate vixisse, in qua animi cultura naturali ac rationali via facta sit, ubi literis ex ipsa natione natis eruditio nisa sit, non perversa illa ratione, ut in aliis terris, latinis literis superantibus nationis proprias; sanissimam igitur fuisse Snorronis mentem. Fortasse quoque — illud libenter concedam, cum non ad detrectanda Snorronis merita valeat — ipse maximam earum rerum, quas scripsit, partem credidit, quamquam ex iis, quae de vita ejus scimus, superstitioni eum deditum fuisse non elucet.

Ill. Dahlmann, carminibus a principio infestus, haec profert: »Dem Snorre ergeht es übrigens eigen auf seinem liederwege. Er kommt dahin wider seinen vorsatz zuerst eine zeitlang schwedische geschichte schreiben zu müssen, bevor er an die norwegische gelangt.« Hoc verum esse nego; non invite Snorro a Suethica historia orditur, non a proposito carminum vitio deductus, sed consulto; non enim Norwegicas, non Suethicas res conscribere ei in animo fuit, sed historiam Inglingorum. Hac ex causa ad antiquissima tempora, ad mythicos majores mythicumque stirpis auctorem ascendit. Etenim, ut supra monui, magni facta apud Germanicas nationes nobilitas, cujus origo ab antiquis heroibus aut etiam a diis deducebatur. Regia stirps maxime fuit honorata, cum a summis potentissimisque diis originem semper deducat et cum ea populi sortes arctissime junctae fuerint, ut antiquissimis temporibus una et eadem sit regiae stirpis populique historia.

Quare primae historiae non unius hominis vitam, sed majus temporum spatium complectentes, genealogicae fuerunt historiae, i. e. res gestas unius cujusdam stirpis pertractantes, ut illae omnino mythicae relationes de Volsungis Niflungisque, atque mythica cum historicis miscens, historicoque aevo sic propior historia Skioldorum, quam ante Snorronis tempora jam conscriptam esse, ex ipsa Snorronis commemoratione certissime scimus. Skjöldunga-aett nobilissima illa stirps fuit, quae Haraldum Hilditand, Sigurdum Ring, Ragnarum Lodbrok progenuit, inter omnes Daniae regulos inclytissimam sedem »Lethram« obtinuit, et postea totius Daniae regnum consecuta est. Eodem modo Inglingorum stirps omnes Norvegiae superavit regulos. Upsaliae primum regnans ibique vicinos suethicarum civitatum reges opprimens, ob hanc ipsam rem et nimiam Ingialdi crudelitatem regno patriaque expulsa est. In Norvegiam profecta regnum ibi constituit, atque mox vicinos regulos, tandem omnes Norvegiae principes superavit, totiusque Norvegiae monarcha primus evasit Haraldus pulchricomus. — Norvegia patria fuit Islandorum, ejusque historia ab illis summo amore pertractata est. Facillime igitur fieri potuit, ut scriptor aliquis ad Inglingorum historiam conscribendam commoveatur exemplo illius Skioldungasagae. — Illud Snorronem fecisse contendo, et antea jam Wachterus (l. l. I. p. CXXIII — CXXVII) argumentis quibusdam probavit: »Er beabsichtigte nicht eine landesgeschichte zu schreiben, sondern wollte die sagen der häuptlinge darstellen, welche aus dem geschlechte der Inglinger waren.«

Huic Snorronis operi in antiquis codicibus titulus inscriptus est: »Noregs konunga sögur« aut »Aefi Noregs

konunga.« Multo autem magis innotuit aliud nomen, postmodum eidem operi inditum a primis ejus verbis »Kringla heimsins« quod nomen jam ante Olai Wormii tempora affuisse videtur, cum ille in praefatione ad editionem versionis Claussonianae a scripto Arii, »Kongbog« ab eo vocato, eam secernat his verbis: »Den anden som de kaldis Kringla heimsins, aff de to förste ord i bogen, skal väre beskrefven af Snorre Sturleson, fordum lagmand paa Island.« Peringskjöld paullulum mutavit illud nomen, et editionem suam inscripsit »Heimskringla« quod ex illo tempore ad nostros dies remansit nomen. De hoc nomine, tamquam ab ipso Snorrone inditum sit operi, sagacissimae opiniones a quibusdam doctis viris editae sunt; ita jam Peringskjöld in dedicatione editioni suae addita haec profert: »Si så går det til i Heimskringlan den forna Nordiska verlden, Göthernas förnämsta fosterland;« in titulo igitur rationem habitam historiarum argumenti putat, quam sententiam clarius explicuit E. M. Arndt (Nebenstunden p. 98): »Ich nenne Heimskringla die beste quelle. Das ist sie unstreitig. Ich fange hier gleich etymologisch an, obgleich ich meine deutung nur als einen meine ansicht andeutenden scherz hinwerfe. Dieses geschichtsbuch nennt sich »Kreis der heimat«, wodurch es zu verstehen giebt, dafs es das heimatliche ganz umfasse, was es in der that auf eine bewundrungswürdige und grofsartige weise thut.« Eandem sententiam sequitur Mohnike (l. l. p. 388): »Es könnte also auch Snorre wol darauf verfallen sein, seinem geschichtswerke einen namen ähnlicher art zu geben, zum unterschiede von den andern geschichten der könige, welcher name sich dann freilich durch tradition fortgepflanzt haben müfste. Kringla heimsins oder Heimskringla heifst aber

»kreis des heims, kreis der heimat«; heim bedeutet hier erde, die heimat der menschen; Heimskringla also erdkreis, orbis terrarum; die übersetzung durch »Weltkreis« (Wachter l. l. sic interpretatus est) ist unpassend.« Has autem sententias, quamvis sagacissimas esse confitear, comprobare non possum, cum supra demonstraverim, non patriae terrae historiam, sed Inglingorum stirpis res gestas scribere in animo fuisse Snorroni, cumque antiquissimus et illustrissimus auctor Olaus Wormius ipse nobis, hoc nomen e duobus primis verbis assumptum esse prodiderit, neque ulla de ejus significatione addiderit. Falsa insuper sunt, quae Arndt dicit de illo opere, »dafs es das heimatliche ganz umfasse, was es in der that auf eine bewundrungswürdige weise thut«; etenim multa quae ad patriam pertinent, sed non ad Inglingorum stirpem praetermisit auctor noster. Ita in Inglingasaga c. 33. de proelio in glacie Vaeneri lacus paucis tantum allatis dicit: »Frá þessari orrostu er langt sagt í Skjöldungasögu ok svá frá því, er Rólfr kráki kom til Uppsála, til Adils; þá séri Rólfr kráki gullinu á Fyrisvöllu« (i. e. hocce de bello prolixe narratur in Skioldunga-saga, deque adventu Rolfi ad Upsalas, quando in campo Fyrisvall, aurum sevit Rolfus). In regno Inglingorum hae res gestae sunt, ad patriae orbem igitur pertinuerunt, sed ab hominibus Inglingorum stirpi alienis gesta non e Snorronis proposito pluribus collustranda fuerunt, quare ad Skjoldorum historiam illorum ipsorum hominum res pertractantem lectores remittit. Eadem ratione de Sigurdo cervo dicit Snorro (Saga Halfdanar Svarta c. 5) »oc er laung saga frá hönum,« (i. e. prolixa de eo circumfertur narratio), atque alia plura. Luculentissimum autem est, quod antiquissimas illas fa-

bulas, originem Norvegiae pertractantes, quas ei notas fuisse e compluribus suspicor [1]), non adhibet. Injuria igitur Rühs [2]) hoc reprehendit: »Selbst Snorri weifs nichts von der alten norwegischen geschichte, die andere verfasser zusammengeschmiedet, und der treffliche Torfaeus gesammelt und scharfsinnig hin und wieder beleuchtet hat; erst nach ihm mögen sie entstanden sein, denn es ist doch merkwürdig, dafs er nicht mit der norwegischen geschichte beginnt, nichts von Fornjotr, von Nor und Gor, Heiter und Beiter, und den übrigen fabeln anführt. Wahrscheinlich war die geschichte Schwedens früher zusammengedichtet, die verfasser wählten absichtlich den entfernteren schauplatz, weil hier die phantasie einen freieren spielraum hatte.« Hoc potissimum, quod non pertractavit fabulas illas de Norvegiae originibus, ad refellendam viri cel. Arndt, opinionem, omnia, quae ad patriam spectant, hoc opus continere, atque ad meam sententiam, non Norvegiae sed Inglingorum historiam Snorronem scripsisse, confirmandam valet.

Venia sit conjecturae cuidam. Snorronem primo cum carmine ad Hakonem galin historiam Hakonis Sverreris, Guttormi Sigurdi et Ingii Bardi, misisse putant et argumentis a vero non plane abhorrentibus comprobant nostrorum temporum docti viri (cf. Formanna sögur IX praef.),

---

[1]) Inglinga saga c. 16. afferuntur Sniár hinn gamli (grandaeva nix) Drífa ejus filia (nix mollior); ib. c. 22 Frosti (gelu), Skiálf (tremor) filia ejus et Logi (flamma) filius, quae eadem aut similia nomina apparent in »Fundinn Noregr« cf. Saga Harald. harf. c. 25 »Snaefriðr.«

[2]) Ueber die historische literatur der Isländer (Anhang zur Edda) p. 280, 281.

eandem fortasse historiam auctam retractatamque anno 1218. cum ipse Norvegiam peteret, secum duxit. Magna apud Skulium comitem regemque ipsum auctoritate honoreque gavisus est, atque cum Islandiam reverteretur praeter munificentissima dona, baronis accepta dignitate a rege dimissus est. — Quae narrantur, eum Islandiam Norvegiae regi se proditurum pollicitum esse, una cum Finno Magnaeo, Mohnikio aliisque eo minus credo, cum nihil ad illa policita efficienda fecerit; pro carminibus autem encomiis eum tantam dignitatem accepisse non veri est simile, cum poetae merces dona sint, quorum magnam Snorro retulit copiam. Mihi igitur probatur: Hakonem regem, Snorronis intellecta historica indole, petiisse ab eo ut suae stirpis historiam conscriberet, eo potius, cum exemplum ad manus esset historiae Skioldorum, cumque studium efferendae stirpis gloriae summum omnibusque commune esset, et ob hanc causam Snorronem dignitates accepisse. — Anno 1230. partem saltem hujus operis jam conscriptam fuisse scimus (cf. Heimsk. ed. fol. Hafn. I. p. XXXIX), cumque iterum in Norvegiam profectus esset a. 1237. hanc elaboratam historiam regi tradere fortasse in mente habuit, sed inimicitiis inter Skulium ducem regemque exortis impeditus est quominus propositum efficeret.

His omnibus causis satis probasse mihi videor, Inglingorum historiam non Norvegiae scripsisse Snorronem, ut eodem jure atque majore etiam, quam quo inscribitur »Noregs konunga sögur« aut »Aefi Noregs konunga,« inscribi potest »Inglinga sögur (seu »saga«) aut »Aefi Inglinga.«

Ad praefationem revertamur, cujus priorem partem

ad Inglingasagam primam Heimskringlae partem spectare contendunt. Ut pro ratis haec habeamus, tamen non longius quam ad haec verba: »Enn er Haraldr enn harfagri var konungr i Noregi, þá byggđist Island« (i. e. caeterum, Haraldo pulchricomo imperante in Norwegia, habitari coepta est Islandia), extendenda est prior illa pars; haec enim verba locus ille a me supra allatus de carminibus historicis sequitur. Initium autem praefationis pariter ad totum opus pertinet: »A bók þessi lét ek rita fornar frásagnir um höfđingja þá er ríki hafa haft á norđrlöndum, ok á danska tungu hafa maelt, svá sem ek hefir heyrt fróđa menn segja«; (i. e. in hoc libro scribi ego curavi antiquas narrationes de principibus qui regnis praefuere in borealibus terris, quique Danica locuti sunt lingua, prout narrantes audivi doctos viros); ut non eam, quae ad solam Inglingasagam spectare perhibetur, partem nisi a verbis: »svá ok nokkurar kynkvislir þeirra eptir því sem mér hefir kennt verit« (i. e. nec non quasdam eorundem genealogias, quotquot mihi factae sunt cognitae), incipere possimus. Sequuntur quae de carminibus mythicis jam admonui, tum Thiodolfi Eyvindique carminibus ut ad illa mythica pertinentibus pertractatis, haec Snorro profert verba: »Eptir þjóđólfs sögn er fyrst ritin aefi Inglinga, ok þar viđaukit eptir sögn fróđra manna« (i. e. ad Thiodolfi traditionem primum scripta est Inglingorum historia, eaque aucta ex relationibus multa scientium virorum); quibus potissimum verbis nisa est opinio, ad solam Inglingasagam pertinere hanc praefationis partem; Snorronem, mentione facta carminum Thiodolfi et Eyvindi, his in perscribenda Inglingasaga se usum esse, atque hanc historiam postea doctorum virorum relatis se amplificasse,

profiteri perhibent. Displicuit mihi semper haec opinio, cum non persuadere mihi potui, virum tanta eruditione praeditum, tantam in praefatione ad magnum opus parvulae particulae rationem habuisse, pauca vero de toto opere dixisse. Diligentius mente pertractatis his rebus, animadvertendum mihi visum est, Snorronem hic dicere »aefi Inglinga« non ut postea inscripsit primum operis partem, »Inglinga saga«. Hoc autem nomen toti operi deberi jam supra probavi, quibus rebus commotus equidem hunc titulum a Snorrone operi inditum esse conjicio. Cum igitur dicat: »Eptir þióðólfs sögn er fyrst ritin aefi Inglinga, ok þar viðaukit eptir sögn fróðra manna« ita interpretor haec verba: e Thiodolfi carmine hausta est prima pars operis mei, et continuatio e sapientium virorum relatis (i. e. scriptis). Verbum enim »viðauka« non solum »amplificare, augere« sed etiam »continuare« posse significare, teste utor illo, quem in literis Arngrimi ad Brynjolfum invenimus, loco de Edda: »han jók við þá Edda«; haec enim Eddae amplificatio nihil fuit nisi continuatio. »Sögn« sunt et historiae literis mandatae et poetae historici carmina; eadem ratione et poeta et historicus »fróðr maðr« vocatus est. »Fróðra manna sögn« igitur sunt et illa quorum in initio praefationis mentionem facit: »fornar frásagnir, svá sem ek hefir heyrt fróda menn segja« (i. e. antiquas narrationes, prout narrantes audivi doctos viros), et quae infra commemorat carmina historica. Non omnino nego etiam ad Inglingasagae amplificationem pertinere haec verba, cum certissimum sit, Snorronem praeter Thiodolfi et Eyvindi carmina alios fontes ad elaborandam mythicam historiae partem adhibuisse, sed non ad id solum spectant, imo etiam ad totum opus. Hoc

modo, quae in praefatione Snorro dicit, breviter haec sunt: »Historia mea hausta est ex antiquis narrationibus, quas scriptas jam reperi a sapientibus viris, praeterea a stemmatibus genealogicis regum nobiliumque, aliqua quoque pars ex antiquis carminibus, quae quamvis mythica esse sciam, tamen ad historiam pertinere censeo. Talia sunt Thiodolfi Hvinensis Inglingatal et Eyvindi Skaldaspilleri Haleygjatal, quae carmina majores, alterum Rögnvaldi alterum Haconis potentis enumerantia illorum mortem sepulturamque enuntiant. Thiodolfi carmen primae historiarum partis argumentum dedit, quae amplificatae et continuatae sunt ad fidem scriptorum a doctis viris editorum. Haec mythica aetas in duas partes secundum sepulturae modum divisa est, quarum prima, rogorum aetas, tumulorum altera fuit vocata. Haraldi pulchricomi temporibus autem cum Islandia habitata sit, cumque poetae historici, quorum et nomina et carmina adhuc nota sunt, — quibus carminibus auctoritatem vindico — apud eum degerint, omnes ejus res gestae melius memoria retentae et pluribus collustratae sunt, quare ab eo historica aetas incipitur. Maxime de historico studio meritus est Arius, qui chronologiam de rebus Islandicis praecipue, sed etiam nonnullis de externis rebus praesertim Norvegicis, Danicis, Anglicis, elaboravit, quod opus fide dignissimum est. At eandem auctoritatem habere carmina historica censeo, quippe quae propter artificiosam verborum positionem metrique difficultatem non facile mutari possint.« — Haec sunt mea opinione quae in praefatione Snorro dicit, atque ita mihi haec praefatio tam magni viri digna esse videtur, brevem fontium, e quibus hausit scriptor, conspectum criticum exhibens.

Historia Olafi Sancti, edita in Fornmannasögur vol. 4, 5, eandem fere praefationem habet quam Snorronis opus. Inverso autem ordine, primum iisdem, quibus Snorro, verbis de Ario refert, tunc autem primam Snorrianae praefationis partem, non quidem iisdem omnino verbis, sed omissis quibusdam, quibusdam autem amplificatis, addit. Ut clarius earum ratio perspiciatur utramque hic describam et comparabo.

Snorro.

A bók þessi lét ek rita fornar frásagnir um höfðingja þá er ríki hafa haft á norðrlöndum ok á danska tungu hafa maelt, svá sem ek hefir heyrt fróða menn segja: svá ok nokkurar kynkvislir þeirra, eptir því sem mér hefir kent verit: sumt þat er finnst í Langfeðgatali því, er konungar hafa rakit kyn sitt, eða aðrir stóraettaðir menn: enn sumt er ritat eptir fornum kvaeðum ok söguljóðum, er menn hafa haft til skemtanar sér. Nú þó at vér vitum ei sannindi á því, þá vitum vér doemi til þess, at gamlir fraeðimenn hafa slíkt fyrir satt haft. — þjóðólfr enn fróði úr Hvíni var skáld Haralds ens hárfagra, hann orti ok kvaeði um Rögnvald konung Heiðum haerra, þat er kallat er Inglingatal. Rögnvaldr var son Olafs Geirstaðaálfs, bróður Halfdanar svarta. I þessu kvaeði eru nefndir 30 langfeðgar hans, ok sagt frá

Fornmannasögur.

Rita hefir ek látit frá upphafi aefi konunga þeirra, er ríki hafa haft á norðrlöndum ok á danska tungu hafa maelt, ...
. . . .
svá ok nokkrar kynslóðir þeirra, eptir því sem vér höfum numit af fróðum mönnum, ok enn er sagt í forn kvaeðum, eðr í lángfeðga tölu finnst, þar er konungar hafa rakit aettar sínar.

þjóðólfr enn fróði, skáld, er sumir kalla enn Hvínverska, orti kvaeði um Rögnvald konung, son Olafs konungs af Vestfolld; Olafr var bróðir Halfdanar svarta, föður Haralds ens hárfagra; . . . . . .
. . . . í því kvaeði eru uptaldir 30 lángfeðgar hans, sögð nöfn þeirra, ok svá frá dauða

dauđa hvers þeirra ok legstađ. Fjöllnir er sá nefndr, er son var Ingvifreys, þess er Svíar hafa blótat lengi síđan: af hans nafni eru Inglingar kallađir. Eyvindr Skaldaspillir taldi ok langfeđga Hákonar jarls ins ríka í kvaeđi því er Haleygjatal heitir, er ort var um Hakon. Saemingr er þar nefndr, son Ingvifreys; sagt er þar ok frá dauđa hvers þeirra ok haugstađ. Eptir þjóđólfs sögn er fyrst ritin aefi Inglinga, ok þar viđaukit eptir sögn fróđra manna. Enn fyrsta öld er köllut Brunaöld, þá skyldi brenna alla dauđa menn, ok reisa eptir bautasteina; en síđan er Freyr hafđi heygdr verit at Uppsölum, þá gjörđu margir höfđingjar eigi síđr hauga enn bautasteina, til minningar eptir fraendr sína; en síđan er Danr enn Mikilláti Dana konungr lét sér haug gjöra ok bauđ sik þannig bera dauđan međ konungs skrúđi ok herbúnađi, ok hest hans viđ öllu söđulreiđi, ok mikit fé annat: enn hans aettmenn gjörđu margir svá síđan; þá hófst þar haugs öld í Danmörku; en lengi síđan héltst Brúna-öld međ Svíum ok Norđmönnum. En er Haraldr enn hárfagri var konungr í Noregi

hvers þeirra, ok er talit allt til Ingunar-Freys[1]), er heiđnir menn kölluđu guđ sinn.

[1]) Ingvi-Freys, H.

Annat kvaeđi orti Eyvindr Skaldaspillir um Hákon jarl enn ríka Sigurđarson, ok taldi hann langfeđga til Saemings, er sagt er at vaeri Ingunar-Freysson, Njarđar[2]), sagt er þar ok frá dauđa hvers þeirra ok legstađ.

[2]) son Ođins. H.

En fyrsta öld var sú, er alla dauđa menn skyldi brenna;

en síđan hófst haugsöld, váru þá allir ríkismenn í hauga lagđir, en öll alþýđa grafin í jörđ, þá er menn váru dauđir, ok settir bautasteinar til minnis.

En síđan er Haraldr enn hárfagri var konungr í Noregi, þá vitu menn miklu gjörr sannindi at segja frá aefi konunga, þeirra í Noregi hafa verit. A hans dö-

þá bygđist Island.

gum bygđist Island, ok var þá mikil ferđ af Noregi til Islands, spurđu menn þá á hverju sumri landa þessa í milli, ok var þat síđan í minni faert, ok haft eptir til frásagna.

Međ Haraldi váru skáld, ok kunna menn enn kvaeđi þeirra ok allra konunga kvaeđi þeirra er siđan hafa verit at Noregi, ok tökum vér þar mest doemi af því er sagt er í þeim kvaeđum,

er kveđin váru fyrir sjálfum höfđingjunum,

eđa sonum þeirra.

En þó þikki mér þat merkiligast til sannenda, er berum orđum er sagt í kvaeđum eđr öđrum kveđskap þeim, er svá var ort um konunga eđr ađra höfđingja, at þeir sjálfir heyrđu, eđr í erfikvaeđum þeim, er skáldin faerđu sonum þeirra. þau orđ, er í kveđskap standa, eru en sömu, sem í fyrstu váru, ef rétt er kveđit, þótt hverr mađr hafi siđan numit at öđrum, ok má því ekki breyta; en sögur þaer, er sagđar eru, þá er þat haett, at eigi skilist öllum á einu veg; en sumir hafa eigi minni, þá er fráliđr, hvernig þeim var sagt, ok gengust þeim mjök í minni optliga, ok verda frásagnir ómerkligar. þat var meirr en 2. hundruđ vetra tólfraeđ (tíraeđ. H.) er Island var bygt, áđr menn taeki hér sögur at rita, ok var þat laung aefi, ok vant, at sögur hefđi eigi gengitst í munni, (minni H.) ef eigi vaeri kvaeđi, baeđi ny ok forn, þau er menn taeki þaraf sannendi fraeđinnar. Svá hafa

tökum vér þat allt fyrir satt, er í þeim kvaeđum finnst um ferđir þeirra eđa orrostur.

Enn þat er háttr skálda at lofa þann mest, er þá eru þeir fyrir; en engi mundi þat þora at segja sjálfum hönum þau verk hans, er allir þeir er heyrđi, vissi at hegómi vaeri ok skrök, ok svá sjalfr hann: þat vaeri þá háđ en eigi lof.

gjört fyrr fraeđimennirnir, þá er þeir vildu sanninda leita, at taka fyri satt þeirra manna orđ, er sjálfir sá tiđendi, ok váru naerstaddir. En þar er skáldin váru í orrostum, þá eru taek vitni þeirra, svá ok þat, er hann kvađ fyri sjálfum höfđingjanum, þá mundi hann eigi þora at segja þau verk hans, er sjálfr höfđinginn, ok allir þeir, er heyrđu, vissu, at hann hefđi hvergi naerri verit; þat vaeri þá háđ en eigi lof. Nu rita vér þau tíđindi međ nâkkvarri minninga, er gjörđust um aefi Olafs ens helga konungs, baeđi um ferđir hans ok landsstjórn, ok enn nâkkvat frá tilgaungum þess úfriđar, er landshöfđingjar í Noregi gjörđu orrostu ímóti honum, þá er hann féll á Stiklastöđum. Veit ek, at svá man þikkja, ef utanlands kemr sjá frásögn, sem ek hafa mjök sagt frá Islendskum mönnum; en þat berr til þess, at Islendskir menn þeir, er þessi tíđendi sá eđr heyrđu, báru híngat til lands þessar frásagnir ok hafa menn siđan at þeim numit. En þó rita ek flest eptir því, sem ek finn í kvaeđum skálda þeirra er váru međ Olafi konungi [1]).

[1]) Versiones latinas, quas addere hic longum est, repetas quaeso e »Heimskringla cet. ed. Schöningius Hafn. 1777. fol. vol. I.« et »Scripta historica Islandorum cet. Hfn. 1833. vol. IV.«

Monendum est, illorum, quibus usi sunt operis illius (Fornmannasögur) editores, duodecim codicum septem, atque hos antiquissimos, praefatione omnino carere, ut e Snorronis opere eam assumptam, neque ex hoc opere in Snorronis translatam esse perspicuum sit. Ceterorum autem codicum tres quidem totam praefationem habent, duo vero priorem tantum de Ario partem; et pro illis, quae supra exscripsi, non nisi haec proferunt: »En bók þessi hefir ek látit rita eptir því, sem segir í kvaeđum þeirra Sighvats ok Ottars svarta, er jafnan váru međ Olafi konungi, ok sá ok heyrđu þessi tíđindi, en sumt eptir sögn Ara prests ok annara fraeđimanna, ok þikki mér kvaeđin minnst úr stađ faerđ, ef þau eru rétt kveđin ok skynsamliga upptekin« (i. e. hunc vero librum scribendum curavi secundum ea, quae continentur in carminibus Sighvati et Ottaris Nigri, qui, assidue apud regem Olavum versati, has res viderunt et audiverunt, nonnulla vero secundum Arii presbyteri aliorumque historicorum relationem. Mihi autem carmina, si recte recitantur et prudenter intelliguntur, a veritate minimum aberrare videntur). Verisimile est, ut supra dixi, historiam Olafi Sancti jam ante Snorronis tempus conscriptam fuisse, sed nondum ratione habita historici chronologicique studii. Primus, qui hoc fecit, Arii praesertim et Snorronis adhibitis operibus, praefationem addidit, in qua de praecipuis narrationis fontibus locutus, quae de Ario in Snorronis praefatione invenit, exscripsit, tunc autem Sighvato et Ottaro nigro poëtis auctoribus usum se fuisse enuntiat, quorum de auctoritate denuo Snorronis ipsa verba affert: »Mihi autem carmina, si recte recitantur et prudenter

intelliguntur, minime immutata videntur.« Hunc igitur scriptorem Snorronis tempori non multo posteriorem fuisse puto, cum haec etiamnunc verba ad probandam auctoritatem poetarum suffecerint. Ast tempore provecto, poetica arte jam valde deflorente, ob eamque rem auctoritate historicorum carminum magis magisque in dubium vocata, alius aliquis hanc historiam retractavit, prologum autem amplificavit, denuo Snorronis praefationem secutus [1]). Haec autem Snorronis praefatio ad diversi argumenti opus pertinens, multa habuit, quae huic operi non apta fuerunt, quae tamen auctor non plane omisit sed coarctavit, scilicet quae de genealogiis, mythicis carminibus, Thiodolfi et Eyvindi poematibus ac de sepulturae diverso modo Snorro profert. Quae autem de historica aetate atque de historicis carminibus in Snorronis praefatione exstant, hic multis additamentis aucta videmus. Praecipue de carminum auctoritate multo pluribus, quam Snorro, disserit, cum de illa saepissime jam sit dubitatum. Praeterea breve illud Snorronis: »Haraldi pulchricomi temporibus Islandia incoli coepta est,« his verbis collustrat (Script. hist. Isl. IV, 3): »Verum postquam Haraldus pulchricomus rex Norvegiae factus est, argumentis multo certioribus constat de historia regum, qui Norvegiae imperarunt. Hoc enim regnante cum incoli coepta esset Islandia, crebraeque essent ab Norvegia in Islandiam profectiones, fama rerum quavis aestate inter has terras permeavit, quae deinde memoriae

[1]) Ad confirmandam atque illustrandam illam sententiam diligentius, quam adhuc factum est, collata manuscripta fortasse valebunt, quod facere me non potuisse maxime doleo.

tradita et ad relationes reservata est.« His omnibus, eodem modo hunc antiquum scriptorem Snorronis dicta interpretatum esse, quam ego, perspicuum est, quo igitur novo argumento opinio mea de praefatione magnam, ut puto, veritatis speciem accipit.

VITA.

Natus sum ego, Aemilius Rosselet, Berolini a. d. IV. Id. Maj. anni MDCCCXXX. patre Henrico, matre Friderica, e gente Schnack, quos parentes optimos mihi et contigisse et superstites esse laetor. — Primis literarum rudimentis a patre ipso imbutus inde ab anno aetatis nono scholam Realem Berolinensem frequentavi per tria semestria; tum gymnasio Friderico-Guilelmo traditus sum, directoris Spillekii auspiciis tunc temporis florenti. Optimis ibi usus sum praeceptoribus, quibus omnibus quanquam multum debeo, tamen Yxemo et Heidemanno professoribus et Rankio directori, qui summa semper in me usus sit et amicitia et benevolentia, singulariter gratiae agendae sunt.

Anno MDCCCXLIX. maturitatis testimonio instructus almae hujus universitatis Fridericae-Guilelmae civibus a. d. III. Id. April adscriptus sum a rectore magnifico E. Nitzsch, et Germaniae literis antiquitatibusque ante omnia operam dans, scholis interfui doctissimorum virorum: Althaus, Aufrecht, Boeckh, Bopp, Franz, Gabler, Wilh. Grimm, v. d. Hagen, Hirsch, Hotho, Koepke, Lachmann, Maerker, Michelet, Ranke, Ritter, Trendelenburg, Weber; quibus omnibus viris, ante omnia autem illustrissimo v. d. Hagen, qui singulari benevolentia mirifice studia mea adjuvit, gratias quam maximas ago.

THESES.

1. Nusquam in antiquis Islandorum scriptis testimonium occurrit duas fuisse Eddas, injuria igitur ethnicorum carminum collectio Edda vocatur.
2. Saemundus mihi primae Eddae partis (Gylfaginning et Bragaraeđr) auctor esse videtur.
3. Nomen Njörđr [illegible] sanscritica radice »nar (nṛ)« derivandum est.
4. *N ἐφελκυϛικόν* in lingua Graeca non est primarium.
5. Feminarum vel Amazonum gente, quam Paul. Diac. I, 15. Anon. Raven. IV, 4. Adamus Brem. c. 222. (cf. etiam Tacit. Germ. 45.) commemorant, Quaenorum gens indigitatur.
6. Historia Imperatorum (Mencken, scriptt. rer. germ. III, 63 — 128.) non fons est sed versio chronici vulgo Ecconi de Repgau addicti majoris.

Lbs Ísl 819.309
Rosselet Aemilius Ros
De Snorrone Sturlaeo 1853

1002621539

